



LECTURIS SALUTEM!



*Ortem omnibus natura equalem oblivione apud poster-  
ros vel gloria distingui, M. SALVII OTHONIS ap-  
TACITUM, at quantum Scriptorem? Scriptorem  
nunquam tacendam, nunquam sine laude dicen-  
lum, est Sententia. Digna profecto vox Heroe:  
si vita quoque ejus postremo respondisset facinori:  
quod ab ingenti profectum animo videri poterat:  
nisi scelerum conscientia maceratum spiritum odisset potius, quam  
contempsisset, uno se pugionis infra laevam papillam ictu, ex tædæ  
& infamis vitæ tædio, trajiciens. Est ita videl. quod, ætate jam robo-  
rata, Persona sua cuique à supremo Comœdiæ Magistro, DEO, impo-  
natur: quam seu bene, seu malè quis gesserit, nihil planè referet. Sed,  
quum abeundum ex hac Scena ad plures, à justissimo hominum Ju-  
dice aut præmium, aut poena, à posteris laus aut infamia in vita  
functos migrabit. Et DEO quidem placabilis ac remissa offensa-  
rum esse solet memoria: si seriò, dum adhuc in via sumus, doleamus.  
Eho verò, quò placabilior DEO, eò pertinacior hominibus eadem  
est memoria! Tam pertinax nempe offensarum memoria est ho-  
minibus: ut, etiamsi emendata fuerit culpa, illi commissorum ta-  
men meminerint, ac subinde eorum recordentur. Quod si Exempla  
nonnemo heic desideret: is omnium Seculorum testem Historiam  
adeat, inque consilium hanc advocet, jubeo. Falsus sim: ni ordine  
quodam ipsa referet: & quorum adhuc cineres atque ossa posthumam  
laude fruuntur; & quorum vel omnis memoria atque nomen invisum.  
Semel Trajanus vixit, Orbique Romano bene præfuit, exemplo suo  
universo Terrarum Orbi probans, non præstabilius, neque pulcrius Cæ-  
li munus casto & sancto Deoque simillimo Principe esse. Ideoque  
nunquam ejus interciderit gloria: nunquam civile illud ac senatorium  
OPTIMI cognomen, quod peculiare Principis hujus ac proprium  
priorum Principum arrogantia fecerat, interciderit. Nec deerunt  
Plinii: qui, quicquid laudum in Trajano conrigit, fideliter congerant  
ac memoriæ prodant. Non Flacci item, non Marones deerunt: qui,  
quicquid laude dignum Octavius Cæsar Augustus gessit, indefinenter  
canant: etiamsi ille semel in Orbe vixerit,*

*Amicus,*

Malum ex  
nec ultra  
quam ut  
bilis audie  
lum Impe  
& mutatu  
nis degene  
ipse nobili  
mittens.  
stigmatissim  
diturus: a  
tutis & illu  
in milites  
nens, viti  
gnibus PE  
Scriptores  
stri, si qui  
Nec refero  
alacrius fa  
stylo suo  
rula fama  
cum Diis  
quicquid  
itaque sum  
teque, & su  
am retine  
me audia  
rum ore  
centia que  
vindicerit  
vixerunt.  
fatorumque  
lari mune  
su, superi  
J  
Serenissim  
Sibi: vixi  
gloria.